



Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium
similitudinibus conscripta ...**

Duplan, Theodore

Ruraemundae, 1663

45. Trina apparitio trium Virginum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12221

(115)

SYMBOLUM 44.

Tres dies Antecinerales.

S. Mechtildi Christus tribus diebus antecineralibus summe languentis instar, ob hominum lascivie, & dissolutè istis vivendi licentiam, apparuit.

Quis furor? o vos Christiades tres perdere luxuriam
Laxando ventri tresque vorare dies.

Interea Christus luctu dejectus, & ægri

Atque daturi animam, cernite, more cubat.

Tempora mutentur meliori fruge, (a) sacratos

Tres Triadi, cinerum condecet ante diem.

(a) Precibus 40. horarum devotè in Ecclesiâ institutis vacando, ac indulgentias lucrando.

SYMBOLUM 45.

Trina apparitio quam in honorem SSS. Trinitatis se facturas asserunt tres virgines ex sodalitio. S. Ursulae.

Dum Crucis alma Trias primaria Templa, sacratis

Exuvijs statuit condecorare tribus,

Tres ex Ursulidum dant agmine jussa sodales,

Fecit & Eppæo Visio trina fidem.

Paret, Parisijs Ubios contendit, & inde

Terna levata solo corpora, vectat Huum.

Nota. Tres Dicto Joanni Eppæo nocte quadam quiescenti ac velut in extasi rapto Virgines apparueré, quorum prima Rupentem sic affata est: Nos e B. Ursulae, que Coloniæ cum undecim Virginum millibus martyrio olim coronatæ sodalitio sumus, nominaquæ nostra sunt Christina, Basilia & Imma. Surge frater, surge, vade Coloniæ ubi corpora nostra in campo agonis nostri ad occidentem invenies. Et ne aliqua de veritate rei oriatur dubitatio: trina tibi in honorem Trinitatis Sanctissimæ, visione apparebimus. Ita noster Russ. in gest. vitæ ac translationis S. Odiliæ.

SYM.